

NICOLAVS DE BIBERACH.



Nicolaus de Biberach optima īdole p̄editus
in omni genere līterarum sese exēcuit. Itaq;̄
insignis Theologus, Philosophus, & Poēta extitit.
Hic in Erphordiensī republica ī precio habitus,
magnam doctrinā suā gloriā acquisiuit, atq;̄ iu-
uentutem p̄ælegendo doctiorem reddidit. Scri-
psit multa carmine & soluta oratione, quibus no-
men suum ad posteros transmisit. atq;̄ inter alia o-
pus insigne de Cauendo malo composuit. floruit
is anno millesimo trecentesimo Erphordiæ. Is cum
aliquando Romæ fuisset, plurimum eius loci im-
pietatem detestatus est, dicens, Romæ fidē ac pie-
tatem esse aroma, & rē ualde preciosam. præterea

Papam & eius satellites ouium opes rapere & nulli quicquam dare. Inter alia
scripsit:

Papæ dicatis precor intuitu pietatis,
Quod stat in Ecclesia iam multiplex Simonia,
Et mala quām plura, quæ sunt fidei nocitura:
Quæ si durabunt, eclypsin forte creabunt.

Cum enim multa scelera in Ecclesia uidisset & reprehendisset, admonuit,
ea nisi tollerentur, Ecclesiam & pietatem pessundatura. Tandem mor-
tuus Erphordiæ honorificè sepultus fuit. Trīt. & M. Illyr,
in Catal. test. uerit.